

SICILIAE
ET
OBJACENTIUM INSULARUM
VETERUM
INSCRIPTIONUM
NOVA COLLECTIO
PROLEGOMENIS, ET NOTIS
ILLUSTRATA.




PANORMI
EXCUDEBAT CAJETANUS MARIA BENTIVENGA

M D C C L X I X.

23686
22326





CONTINUA

www.enzomancuso.it

IV.

Panormi.

Urna Marmorea in Museo Regii Gymnasi.

FORTVNATI

FRATRI

PIENTISSIMO

FECERVN

SORORES

SOROR BHINN

V.

MHNHN

HCHHN

Catanae.

In Museo Paternino.

D . M

M . GAVI MARCIA

NO T FLAVIVS

HERMES FRATRI

B . M

In Museo Paternino.

VI.

Catanae.

*In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.*PROVINCIALIS VIXIT ANNOS VI
ET DIES XXXX. TVSCVLANVS VIXIT
ANNOS III ET DIAE I FRATRES
VERNAE CLODI.PROVINCIALIS. Nomen Viri quemadmodum & PROVINCIA nomen Mulieris legitur in Lapidie inter *Monumenta Kempiana* edit. Londini 1720. pag. 42. n. 28.

PROVINCIAE VIXIT ANNIS XVIII. &c.

VII.

Catanae.

In Museo Paternino.

D . M

THEOGENES

VIX . AN . XIII .

VNION . ET . EARL

NVS . FRATRI

DVLCISSIMO

FEC

MILITA SOROR

VNION. Graecum nomen Viri, quod etiam legitur in Cyziceno Marmore Regiae Parisenfis Academia edito a Nobilissimo Comite de Caylus in *Collecti. Antiquitat. Vol. II. Tab. LXXXV. ΕΠΟΙΗΣΕ ΦΙΛΙΗΣ ΧΑΡΙΝ ΟΥΝΙΩΝ. Pofuit amicitiae in gratiam Union.*

VIII.

Mistrettae.

Marmor olim Anno 1712. in Agro ei proximo inventum, misit Benedictus Giacchia Mistretensis S. T. P.

D . M

L ETITIENO

VIX . AN . XXXVI

AVR . TITIA

FRATRI B . M . F .

Misfret-

Mistretta, e cuius finitimo Agro hoc Marmor Anno 1712. fuit effosum, Civitas est Regia in Valle Nemerum Cephalocitani Episcopatus ad Dioecesim pertinens. Ejus maxima est vetustas; originem enim trahit ab antiquo *Ametstrato*, Oppido quondam munitissimo, quo tempore de Siciliis dominatu inter Romanos, & Carthaginenses decertabatur: cuius in proximo impennanti colle non exigua adhuc exstant vestigia. Fusius de eo scripsere Thomas Fazellus *De Reb. Sicul.* dec. 1. lib. x. cap. 1. Phil. Cluverius *Sicil. Antiqu.* lib. II. cap. 12. & Vitus M. de Amico in *Lexic. Topograph. Sicul.* Vol. III. p. 2. pag. 62. Ejus nomen diversimode nonnulli e Veteribus scripserunt, Cicero tamen *Orat. in Ver-*

rem Aet. II. lib. 3. cap. 43. dixit illud Amestratum. *Calastris* quonodo imperati Anno tertio, ut decumas agri sui, quas *Calastrae* dare consueverant, *Ametstrati* M. *Cassio Decumano* darent; ejusque Cives Amestratinos paulo ante cap. 39. eadem in oratione vocaverat. *Ametstratinos Homines tenues &c.* Quae Tullii denominatio mira firmatur a numquam alias visis, & nuper detectis ejusdem Civitatis, five Oppidi Numis, quibus est inscriptum **AMHΣTPATI-
ONΩN**. Vide Tabulam Numorum huius Operi praefixam, in qua signatos n. xxvi. & xxvii. duos Amestratinorum Nummos meo e Cimelio depromptos, & ex Archetypis fideliter delineatos exhibeo.

